Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift

mereáris. & esse conscius futurórũ. Tu ꝯ animad-
uerte sermonem. & intélligé uisionem. Si daniel
dicitur: diligenter attende ut audias & intélligas
quod uides. quod nos fácere oportet. quæ óculi
ignorantiæ ténebris obcecati sunt. Lxx. septuaginta ebdómades
adbreuátæ sunt sup pplm tuum. & sup urbem
sanctam tuam. Quia ppheta dixerat: eduxisti
pplm tuum. & nomen tuũ inuocatum est sup
ciuitatem tuam & sup populum tuũ. propterea
ex psona dei loquitur gabriel. Nequaquã ppls
dei est. sed ppls tuus. nec urbs sancta dñi. s; sca
ut discas tibi. Simile quid & in éxodo legim.
quando ds loquitur ad moysen. Descende.
peccauit enim populus tuus. hoc est ñ populus
meus quia me deserunt. Quia ꝯ póstulas pro
uerím. & oras ppplo iudeorum. audi quod in
septuaginta annorum ebdomadib. futurum
sit pplo tuo. & urbi tuæ quæ secuntur. Scio de
hac questione ab eruditissimis uiris uarie dis
putatum. & unumquĕq; pcaptu ingénii sui
dixisse quod seníserat. Quia igitur periculósum
est de magistrorum ecclæ iudicáre sententiis. &